 102 conditoris *P* : conditoris *V*      103–4 condicionibus *V* : condictionibus *P*      105 nunc  
*P* : huic *pV* : huc *sV*      107 ergo *V* : igitur *P*      107–8 operantis *V* : operatur *P*  
 108 quilibet *V* : *om. P*      109 condicionibus *V* : condictionibus *P*      113 unum numero  
*sPV* : numero unum *pP*

---

messe, 318, n<sup>o</sup> 87, and 321, n<sup>o</sup> 121, 124: “Uniuersale est intelligibile, particulare uero sensu percipitur” and “Uniuersale quiescens in anima est principium artis et scientie,” “Uniuersale est unum in multis et unum preter multa.”

<sup>22</sup> Aristotle, *De generatione et corruptione* 2.10 (336b27–29); *transl. “Vetus,”* ed. Joanna Judycka, AL 9.1 (Leiden, 1986), 76.3–5: “Quoniam enim in omnibus inquimus quod melius [est add. *RmBä*] desiderare naturam semper, melius autem esse quam non esse ...”; *transl. Gerhardi Cremonensis*, Paris, BnF lat. 6506, fol. 113va: “Propterea quod diximus quod natura in omnibus rebus desiderat semper rem meliorem, et esse eius melius priuatione ...”; Iohannes de Fonte, *Auctoritates Aristotelis*, ed. Hamesse, 170, n<sup>o</sup> 47 and 48: “Natura desiderat semper quod melius est” and “Melius est esse quam non esse.”

<sup>23</sup> Cf. Aristotle, *Metaphysica* 3.4 (999b33–1000a1); *transl. Iacobi siue “Vetustissima,”* ed. Vuillemin-Diem (AL 25.1), 53.6–8: “Numero quidem enim unum aut unumquodque dicere differt nichil, sic enim dicimus unumquodque, numero unum, uniuersale autem quod est in his” (same text in the *transl. composita siue “Vetus”* [AL 25.1a], 136.27–137.2); *transl. Anonyma siue “Media”* (AL 25.2), 52.11–14: “Nam dicere numero unum aut unumquodque dicere nichil differt; sic enim dicimus unumquodque numero unum, uniuersale uero quod in hiis est”; *transl.*

115 cundum essentiam, et hoc dupliciter: aut per fixionem et radicationem, et sic  
 materia prima dicitur unum numero, secundum quod scribitur in primo *Phisi-*  
*corum*:<sup>24</sup> materia prima numerabiliter est; alio quidem modo per continentiam  
 et ambitum, et hoc modo uniuersale *est unum* numero in multis. Illud autem  
 120 quod loquitur Boetius,<sup>25</sup> intelligitur de hiis que sunt entia completa per se fixa  
 et stantia. Qualiter autem uniuersale unum sit in multis, patebit in capitulo de  
 specie.<sup>26</sup>

⟨§184⟩ ⟨B\*⟩ Ad | secundum argumentum dicendum est quod uniuersale est 8va P  
 substantia et non accidens. “*Substantia*” autem, sicut scribitur in secundo *Pri-*  
*me philosophie*,<sup>27</sup> *multis modis* sumitur: uno modo substantia *materia*; alio

---

115 secundum *PsV*: secundo *pV*      116 numerabiliter *V*: numeraliter *P*      per  
*P*: secundum *V*      117 ambitum *V*: habitum *P*      numero *V*: *om. P*      illud autem *P*: uel  
*V*      118 intelligitur *P*: *om. V*      hiis *V*: eis *P*      entia *P*: essentia *V*      119 uniuersale  
*V*: *om. P*      121 *est*<sup>1</sup> *V*: *om. P*      *est*<sup>2</sup> *sPV*: non *est pP*      122–23 prime philosophie  
*V*: philosophice prime *P*

---

*Michaelis Scoti siue “Noua”* (Venice: “apud Iunctas,” 1562), VIII, fol. 53rA–B: “Nulla enim  
 est differentia inter dicere sermonem dicentem unum in numero et dicentem unum particulare;  
 ab uno autem particulari non nisi unum particulare, quare nec ab uno numero non nisi unum  
 numero; dicimus enim in omni esse particulare in eo quod est unum in numero; et dicimus  
 uniuersale de illo quod predicatur de istis particularibus”; cf. Iohannes de Fonte, *Auctoritates  
 Aristotelis*, ed. Hemesse, 121, n° 79: “Unum numero et singulare non differunt.”

<sup>24</sup> Source not found.

<sup>25</sup> Boethius, *Philosophiae consolatio* 3 pr. 11.13 (ed. Moreschini, 88.38–40; ed. Bieler,  
 CCL 94:57.35–36; ed. Weinberger, CSEL 67:70.9–10): “... subsistere unumquodque dum  
 unum est, cum uero unum esse desinit, interire.” For the work of Boethius that the *Questiones*  
*circa litteram de uniuersalibus* are actually using (cf. above, §162), see Boethius, *In Isagogen  
 Porphyrii Commentorum Editio secunda* 1.10 (ed. Brandt, CSEL 48:162.2–3; ed. and trans.  
 Lafleur and Carrier, 62, §66).

<sup>26</sup> Cf. Pseudo-Iohannes Pagus, *Scriptum super librum Porfirii*, Padua, Bibl. Univ. 1589,  
 fol. 13vb and 14ra; Vatican, Vat. lat. 5988, fol. 72rb and 72va.

<sup>27</sup> Not book 2 of Aristotle or Avicenna *First Philosophy* (*Philosophia prima*, i.e., *Meta-*  
*physica*), but in fact Aristotle, *Metaphysica* 7.3 (1028b33–36, 1029a2–3); *transl. Anonyma siue  
 “Media”*, ed. Vuillemin-Diem (AL 25.2), 125.7–9.12–14; *transl. Michaelis Scoti siue “Noua”*  
 (Venice: “apud Iunctas,” 1562), VIII, fol. 157vG–I: Latin versions quoted above in the annotation  
 to §163; cf. Iohannes de Fonte, *Auctoritates Aristotelis*, ed. Hemesse, 131, n° 200, and 137,  
 n° 261. See also Aristotle, *Metaphysica* 5.8 (1017b21–26); 7.13 (1038b1–8); 7.15 (1039b20–  
 22); 8.1 (1042a12–31); *transl. Anonyma siue “Media”*, ed. Vuillemin-Diem (AL 25.2), 95.24–  
 96.2; 147.21–28; 150.25–151.1; 157.11–158.12; *transl. Michaelis Scoti siue “Noua”* (Venice:  
 “apud Iunctas,” 1562), VIII, 118rB–C; fol. 197rB–vG; fol. 201vK; fols. 209vM–210vG. See  
 also, among parallels in the arts faculty, Anonymous, *Compendium examinatorium* (*Ripoll  
 109*), §1188, ed. Lafleur, Piché, and Carrier, 307: “‘substantia’ enim dicitur .III.º modis, sci-  
 licet materia, forma, compositum et essentia uel diffinitio”; and Robertus Kilwardby, *Notule*

125 *modo substantia forma; tertio modo substantia compositum; quarto modo es-*  
*sentia siue “quod quid erat esse.” Et uniuersale dicitur “substantia” quarto  
 modo.*

130 *⟨§185⟩ ⟨C\*⟩ Ad tertium dicendum quod uniuersale non est separatum, immo  
 coniunctum. Sed aliquid coniunctum est alicui multis modis: uno quidem  
 modo est aliquid coniunctum alicui sicut forma materie; alio quidem modo si-  
 cut contentum continent et locatum loco; alio modo sicut ea que sunt ad  
 finem et in fine; ultimo quidem modo sicut intentio ipsi rei, aut superius in-  
 fieriori, et sic uniuersale est coniunctum singulari. Primo modo procedebat ob-  
 iectio.*

135 *⟨§186⟩ ⟨D\*⟩ Ad quartum dicendum quod uniuersale nature relinquitur ex  
 singularium discretione, sicut scribitur in *Sex principiis*,<sup>28</sup> nam, sicut ex  
 multarum partium unione relinquitur quoddam totum *excedens* partem  
 quamlibet *quantitate*, sic ex multorum *singularium discretione* relinquitur  
 uniuersale *excedens* quodlibet *predicatione*. Et talis modus procedendi sub  
 modo aggregationis reponitur.*

140                           ⟨RESPONSIONES AD QUESTIONES COLLATERALES⟩

⟨§187⟩ ⟨1¹\*⟩ Et sic patet responsio ad primam questionem, scilicet que ne-  
 cessitas sit uniuersalium.

⟨§188⟩ ⟨1²\*⟩ Ad secundam uero dicendum est quod eorum que sunt, que-  
 dam exiuerunt in esse in se, quedam autem in alio. In se, ut substantie

---

124 modo<sup>3</sup> *V: om. P*        127 immo *P: uno V*        128 coniunctum est *V: inv. P*  
 129 est aliquid coniunctum alicui *V: om. P*        sicut<sup>1</sup> *P: sic V*        quidem *V: om. P*  
 130 contentum continent *sP(al. man.)V: compositum and componenti pP*        137 sic *P:*  
*om. V*        144 alio *P: aliud V*

---

*super librum Porphyrii*, Cambridge, Peterhouse 206, fol. 33rb; Madrid, Bibl. Univ. 73, fol. 1rb: “Set uniuersalium non est acceptio possibilis per causam; sunt enim cause; est enim uniuersale essentia et forma et quidditas indiuidui ...” and ibid., Cambridge, Peterhouse 206, fol. 34va; Madrid, Bibl. Univ. 73, fol. 2va: “... quod uniuersale consideratum secundum sui naturam et sui essentiam est substantia et quidditas indiuidui, ut ostenditur in septimo *Philosophie pri- me....*”

<sup>28</sup> Anonymous, *Liber sex principiorum* 1.9, in *Categoriarum Supplementa: Porphyrii Isagoge, translatio Boethii, et Anonymi Fragmentum vulgo vocatum “Liber Sex Principiorum,”* ed. Lorenzo Minio-Paluello and Bernard G. Dod, AL 1.6–7 (Bruges and Paris, 1966), 37.2–5: “Natura igitur occulte in his operatur; nam, sicut ex plurium coniunctione constitutio quedam priorum excedens quantitatem efficitur, sic ex singularium discretione unum quiddam intelligi- tur eorum excedens predicationem.”

145 complete non alligate alii. In aliis uero dupliciter: quoddam enim est in quo terminatur operatio facientis, ut singulare et “hoc aliquid”; quoddam in quo quiescit intentio operantis, ut uniuersale. Et sic pono quod non exierunt in se uniuersalia, immo in aliis et cum aliis.

149–50 150 155  
 <§189> <1<sup>3</sup>\*> Ad tertiam dicendum est quod in genere artificiorum contingit ponere aliquid uniuersale, non tamen sicut in naturalibus. In naturalibus enim complementum est a forma in quantum est principium uniuersalitatis in rebus; in artificiis uero materia, quia materia, in quantum est de se, repugnat uniuersalitati et multitudini; nichilominus tamen intellectus, ponens supra materiam, abstrahit aliquod commune artificium respectu partium eiusdem generis, ut statua ab hac statua. De hac questione <habetur> in *Sex principiis*<sup>29</sup> supra istum locum ubi queritur utrum uniuersalia sint ab arte uel a natura.

160  
 <§190> <1<sup>4</sup>\*> Ad quartam questionem dicendum est quod multis modis est compositio. Quedam enim est compositio naturalis secundum quantitatem et particularitatem, et hec est in rebus per se generabilibus et corruptibilibus. Alia uero est compositio secundum potentiam et uirtutem, et hec est in separatis aut separabilibus a materia que non tantum sunt forme, immo “hoc aliquid,” ut anima intellectuia: et utraque istarum compositionum est “ex his.” Est autem alia compositio “huic,” et hec est duplex. Aliquando | enim ipsum quod componitur alii indiget illo in quo est et quantum ad exitum et quantum ad existentiam et continuationem. Et hoc modo accidentis componitur subiecto. Alio modo aliquid componitur “huic,” quod indiget illo cui componitur quantum ad exitum in esse, <non> indiget tamen quantum ad existentiam continua-

---

146 singulare *P* : singularia est *V*      aliquid *P* : aliquod *V*      147 operantis *sPV* : operantis operantis *pP*      se *P* : esse *V*      149–50 contingit ponere *V* : ponere conuenit *P* 151 forma *sP* : forma autem *pP* : forma que *V*      in quantum est *P* : inquam *V*      152 artificiis *scriptus* : artificis *P* : artificis *V*      in quantum *P* : quantum *V*      153 multitudini *P* : multius *V*      nichilominus *V* : nature omnis *P*      153–54 tamen ... generis *V* : om. *P* 154 artificium *P* : artificum *V*      155 hac *P* : om. *V*      habetur *supplevimus* cum *sP* (*al. man.*) : om. *pPV*      istum *V* : illum *P*      156 ubi queritur *P* : ibi querit *V*      a *V* : om. *P* 158 quedam enim est compositio *V* : est *pP* : est enim compositio *sP* (*al. man.*)      159 hec *V* : hoc *P*      corruptibilibus *P* : corruptibilibus *V*      160 uirtutem *V* : unitatem *P*      161 aut *V* : aut in *P*      a materia *P* : om. *V*      immo *P* : imo *V*      162 istarum *V* : illarum *P*      163 huic et hec *V* : hec et huic *pP* : hec ad huic *sP*      165 existentiam *V* : essentiam *P*      166 aliquid componitur *V* : inv. *P*      167 non *supplevimus* : om. *PV*      tamen *P* : causa vel tam? *V* 167–68 continuationis *V* : et continuationis *pP* : continuationis *sP*

---

<sup>29</sup> Perhaps Anonymous, *Liber sex principiorum* 1.7, ed. Minio-Paluello and Dod (AL 1.6–7), 36.14–17: “forma quedam a natura esse, quedam uero in actu.... In quibusdam autem dubitatio est utrum a natura an ab actu incipient.”

tionis et durationis. Et hoc dupliciter: aut sicut forma partis materie—*appetit enim materia formam, sicut femina uirum et turpe bonum*, sicut scribitur in primo *Phisicorum*,<sup>30</sup> non tamen econuerso; aut forma totius suo supposito, quo indiget quantum ad exitum in esse, et a quo indigetur quantum ad permanentiam sue essentie. Et sic uniuersale componitur supposito. Qui autem dicunt sic uolunt<sup>31</sup> quod uniuersale componatur <non> “ex hiis,” sed potius “huic.”

175      〈§191〉 Sunt autem et alii<sup>32</sup> qui dicunt componi ipsum uniuersale ex “quo

---

168 appetit <i>P</i> : appetit <i>V</i>	170 tamen <i>V</i> : tamen est <i>P</i>	supposito <i>V</i> : opposito <i>P</i>
172 essentie <i>V</i> : existentie <i>P</i>	autem <i>V</i> : attendunt <i>P</i>	173–75 dicunt sic ... qui dicunt
<i>V</i> : hom. om. <i>P</i>	173 non <i>supplevimus</i> : om. <i>PV</i>	

---

<sup>30</sup> Aristotle, *Physica* 1.9 (192a20–23); transl. “*Vetus*” Iacobi Venetici, ed. Bossier and Brams (AL 7.1, 2), 40.1–4: “Et neque ipsa se ipsam possibile est appetere speciem propter id quod non esse indiget, neque contrarium (corruptua enim sunt ad inuicem contraria), sed horum est materia, sicut si femina masculi et turpe boni”; transl. *Vaticana*, ed. Mansion (AL 7.2), 21.13–16: “Idem quippe nec se possibile desiderare, species uero, quia non est egens, nec contraria. Corrumptentia namque se inuicem sunt contraria. Sed hoc est materia, quemadmodum femina maris et turpe boni”; transl. Michaelis Scoti (Venice: “apud Iunctas,” 1562), IV, fol. 46rB: “Et impossibile est ut forma appetat se, quoniam non est diminuta, neque appetit suum contrarium, quia contraria corrumpunt se inuicem; sed materia appetit formam, sicut femina mare et turpe pulchrum”; Iohannes de Fonte, *Auctoritates Aristotelis*, ed. Hamesse, 142, n° 32: “Materia appetit formam sicut femina uirum et turpe bonum.” In virtue of their use of the term *forma*, the *Questiones circa litteram de uniuersalibus*, as well as the *Auctoritates Aristotelis*—which here they resemble to the highest degree—follow the custom of the Arabic-Latin translation of Michael Scot, which renders the term εἶδος by *forma*, whereas Greco-Latin versions (the “*Vetus*” and the *Vaticana*) translate εἶδος by species; the matter, however, is quite the opposite regarding the term καλοῦ, which is respectively translated as *pulchrum* and *boni* in these same translations.

<sup>31</sup> Source not found.

<sup>32</sup> We have not managed to identify the advocates of this opinion, nor of those evoked in the paragraphs that follow (§§192–94). Thus, the *Questiones circa litteram de uniuersalibus* do not in this context propose any thesis that could be associated with the content of the *Expositio libri Boetii De ebdomadibus* of Thomas Aquinas, which most likely is posterior to 1257–59 (cf. Bataillon, “Préface,” 264). Moreover, just as there is “no trace of influence from previous commentaries in that of Thomas Aquinas” (*ibid.*, 259, our translation), the present *Questiones* do not appear to draw from twelfth-century “Chartrian” commentaries: cf. Thierry of Chartres, *Commentum super Ebdomadas Boetii (Abbreuiatio Monacensis)*, in Nikolaus M. Häring, *Commentaries on Boethius by Thierry of Chartres and His School*, Studies and Texts 20 (Toronto, 1971), 403–35; Clarembaud of Arras, *Expositio super librum Boetii De hebdomadibus*, in Nikolaus M. Häring, *Life and Works of Clarembald of Arras, a Twelfth-Century Master of the School of Chartres*, Studies and Texts 10 (Toronto, 1965), 187–221; and Gilbert of Poitiers, *Expositio in Boecii librum De bonorum ebdomade*, ed. Häring, 181–230.

180

est” et “quod est,” iuxta illud uerbum Boetii:<sup>33</sup> in omni eo quod est extra Primum, differt “quo est” et “quod est.” Diuersi sentientes diuersimode iudicant. Volunt enim quidam quod ipsum “quod est” “substantia” dicatur, ipsum uero “quo est” ipsa “potentia.” Unde dicunt: omne quod est extra Primum componi ex substantia et potentia, cui concordat littera in primo *Celi et mundi*<sup>34</sup> assignans in quolibet *trinitatem*, scilicet substantiam, potentiam et operationem, secundum quod ibi scribitur: *natura est apta | nata facere*.

8vb P

⟨§192⟩ Aliter dicunt alii quod ipsum “quod est” “uera materia” appellatur, ipsum uero “quo est” “uera forma.” Sed *materia* duplex est, secundum quod

---

176–77 extra primum *V: om. P*      177 differt *V: de hoc autem P*      diuersi *V: om. P*  
 sentientes diuersimode *V: inv. P*      iudicant *V: indicant P*      178 Volunt] positiones *adnot.*  
*marg. (al. man.) P*      180 *mundi P: modi vel mondi (mōi) ? V*      181 operationem  
*V: opoperationem P*      182 *natura P: natura autem V*      est apta nata *V: apta nata est sic P*  
 183 dicunt] positio *adnot. marg. (al. man.) P*      uera *sP(al. man.)V: nata ? pP*      184 uero  
*P: om. V*      duplex *P: dupliciter V*      est<sup>2</sup> *P: om. V*

---

<sup>33</sup> Cf. Boethius, *De Hebdomadibus* 2 and 7–8 (ed. Moreschini, 187.26–28 and 188.41–43; ed. H. F. Stewart, E. K. Rand and S. J. Tester [Cambridge, Mass., and London, 1973 [1918<sup>1</sup>], 40.28–30 and 42.45–48]): “Diuersum est esse et id quod est; ipsum uero esse nondum est, at uero quod est, accepta essendi forma, est atque consistit” and “Omne simplex esse suum et id quod est unum habet. Omni composito aliud est esse, aliud ipsum est” (our emphasis). As we can notice here and elsewhere, the *Questiones circa litteram de uniuersalibus* do not faithfully reproduce the Boethian vocabulary regarding *esse*, but rather employ, as we have already specified, the vocabulary of the “Porretanus,” since the latter’s “quo est” was already common usage in the thirteenth century.

<sup>34</sup> Aristotle, *De caelo et mundo* 1.1 (268a10–20); transl. Gerhardi Cremonensis, ed. I. Opelt, in *Alberti Magni ordinis fratrum praedicatorum Opera omnia* 5.1: *De caelo et mundo*, ed. Paul Hossfeld (Münster, 1971) [the preface, vi and xiv–xvii, but not the title, mentions that Opelt prepared the edition of the translation by Gerard of Cremona], 3: “Et similiter quidem dicunt Pythagorici quod totum et res terminantur tribus dimensionibus, fine scilicet et medio et principio, et hic quidem numerus est omnis rei et significat trinitatem rerum. Nos uero non extraximus hunc numerum nisi ex natura rerum et retinuimus ipsum similem legi earum. Et per hunc quidem numerum adhibuimus nos ipsos magnificare deum unum creatorem eminentem proprietatibus eorum quae sunt creata.... Nos enim inuenimus illud ita, quoniam natura apta nata taliter facit et imitamus nos eius operationem ...”; transl. Michaelis Scoti, in *Aristotelis De coelo, De generatione et corruptione, Meteorologicorum, De plantis. Cum Averrois Cordubensis uariis in eosdem Commentariis* (Venice: “apud Iunctas,” 1562), V, fol. 2rB–D: “Quemadmodum enim aiunt et Pythagorei, ipsum omne et omnia tribus determinata sunt. Finis enim et medium et principium numerum habent eum, qui ipsius omnis est: hec autem eum qui trinitatis est. Quapropter autem natura accipientes, tanquam leges illius et ad sacrificia deorum hoc utimur numero.... Hec autem, quemadmodum dictum est, sequimur propterea quod natura ipsa sic inducit”; cf. Iohannes de Fonte, *Auctoritates Aristotelis*, ed. Hamesse, 160, n° 6: “Natura apta nata est facere sicut fecit, ex quo habetur quod ad perfectionem unius cuiuslibet rei tria requiruntur, scilicet substantia siue natura, uirtus et operatio.”

185 scribitur in septimo libro *Fontis uite*:<sup>35</sup> quedam enim *est corporalis*, quedam uero *spiritualis*; hanc autem spiritualem ponunt in rebus separabilibus aut separatis a materia corporali.

190 〈§193〉 Tertio modo dicunt alii quod in qualibet re est sua essentia et sua ordinatio ad finem per limitationem potentie ad actum debitum sue nature; ipsam uero essentiam appellant “quod est,” ipsam uero ordinationem appellant “quo est.”

195 〈§194〉 Ultima opinio est quod appellatur compositio ex “quod est” et “quod est,” in huiusmodi 〈uniuersalibus〉, compositio “ex hiis” que habet res in se ipsa et a suo efficiente: res enim create et increase, saltim in primo exitu, ex-eunt ab agente potestate in totam rei substantiam, cuius operatio non dependet ab alia materia. Et talem compositionem ponunt in huiusmodi uniuersalibus.

〈§195〉 Quid in toto conflictu opinionum sit sciendum, nolo hic diffinire, unicuique iudicandi arbitrium secundum quod sibi uidebitur relinquendo.

〈§196〉 Et hec sufficient de prima questione.

200 **〈NOTABILIS PROPOSITIO〉**

〈§197〉 Ex quibus oritur notabilis propositio, scilicet: uniuersale in quo est finis nature, perfectio intelligentie et complementum scientie, unum preter

---

185 septimo *P* : septimo et in *V*      186 uero *V* : *om. P*      autem *V* : enim *P*  
 188 dicunt] positio *adnot. marg. (al. man.) P*      187 aliis *V* : e contra *P*      essentia *P* : existen-  
 tia *V*      sua<sup>2</sup> *P* : *om. V*      189 ad<sup>2</sup> *P* : ad ad *V*      190 essentiam *P* : existentiam *V*  
 appellant *sPV* : debent appellant *pP*      ordinationem *V* : coordinationem *P*      192 ulti-  
 ma *V* : ultima uero *P*      est<sup>2</sup> *P* : *om. V*      193 uniuersalibus *supplevimus* (*cf. §190*) : *om. PV*  
 hiis *V* : his *P*      194 create *V* : causate *P*      increase *V* : incausate *P*      saltim *V* : saltem *P*  
 exitu *sPV* : excitu *pP*      195 potestate *V* : potente *P*      197 quid *P* : quod *V*      con-  
 flictu *P* : conflictu *V*      opinionum *P* : oppinionum *V*      198 iudicandi *V* : indicandi est *P*  
 uidebitur *V* : uidetur *P*      relinquendo *scripsimus* : relinquendum *P* : relinquens *V*      199 suf-  
 ficiant de prima questione *V* : de prima questione sufficient *P*      201 oritur *P* : sumitur ? *V*  
 202 intelligentie *V* : intellime *P*

---

<sup>35</sup> Rather, Avicenna (Ibn Gabirol), *Fons uitae* 1.9 and 4.8, ed. Baeumker, BGPM 1.2: 12.1–7 and 229.2–6: “Postquam nostra intentio fuit speculari de materia uniuersali et forma uniuersali, dicendum nobis est quod id quod est compositum ex materia et forma diuiditur in duo, quorum unus est substantia corporea composita, aliud substantia spiritualis simplex; et substantia corporea diuiditur in duo, quia eius aliud est materia corporea sustinens formam qualitatum, et aliud materia spiritualis quae sustinet formam corporalem” and “Ponamus quod materiae tres sint. Earum alia est materia simplex spiritualis, qua nulla est simplicior, scilicet quae non induit formam; et earum alia est materia composita corporalis, qua non est alia magis corporea; et earum alia est media.”

multa, singularibus tamen coniunctum, non a singularibus separatum, sine quo  
 205 nec stant singularia, nec quiescit natura, nec omnino simplex, nec omnino  
 compositum, tam in rebus naturalibus quam in rebus artificialibus, per quam-  
 dam analogiam, est ponere.

⟨SECUNDA QUESTIO⟩

⟨§198⟩ ⟨2⟩ Circa secundum sic proceditur.

⟨PROPOSITUM⟩

210     ⟨§199⟩ Et uidetur quod uniuersalia non sint nature, sed intentiones solum in  
 intellectu existentes.

⟨§200⟩ ⟨A⟩ Prima ratio hec est. Omne illud cuius esse est acceptio per  
 abstractionem, que est operatio intellectus, est solum in intellectu existens et  
 minime in natura; uniuersale est huiusmodi: ergo et cetera. Maior per se patet.  
 215 Minor sic probatur, quia dicit Boetius<sup>36</sup> quod *uniuersale est dum intelligitur*  
*solum, singulare uero dum sentitur.*

---

205 in rebus<sup>2</sup> *V: om. P*     205–6 per quamdam analogiam est ponere *V: est ponere* per  
 quandam analogiam *P*     205 analogiam *sic PV*     208 proceditur *sPV*: proceditur scien-  
 tes *pP*     210–11 et uidetur ... existentes *sPV: om. pP*     210 sint *P: sunt V*     solum *V:*  
*om. P*     in *PsV(al. man.) : om. pV*     212 esse *V: om. P*     212–13 acceptio per ab-  
 stractionem *V: per abstractionem acceptio P*     215 dum *V: de P*     intelligitur *P: in-*  
*telligitur et V*     216 dum *sP(al. man.)V: de pP*

---

<sup>36</sup> Boethius, *Philosophiae consolatio* 5 pr. 6.36, ed. Moreschini, 160.132–33 (ed. Bieler,  
 CCL 94:104.120–22; ed. Weinberger, CSEL 67:126.4–5): “... omne quod sensibus patet, si ad  
 rationem referas, uniuersale est, si ad se ipsa [= ipsum: cf. *V<sup>2</sup>C*] respicias, singulare”; cf. Iohan-  
 nes de Fonte, *Auctoritates Aristotelis*, ed. Hamesse, 294, n° 89: “Omne quod sensibus patet, si  
 ad rationem referas, uniuersale est, si ad sensum, particulare est. Unde uniuersale est dum intel-  
 ligitur, particulare autem dum sentitur” (the *Questiones circa litteram de uniuersalibus* also—  
 and especially—rely on an anthology of this type). For a similar idea elsewhere in the Boethian  
*corpus*, see (concerning the well-known passages regarding the “double similarity” and the  
 “unique subject”) Boethius, *In Isagogen Porphyrii Commentorum Editio secunda* 1.10 (ed.  
 Brandt, CSEL 48:166.18 and 167.3–7; ed. and trans. Lafleur and Carrier, 68, §§87–88 and 69,  
 §88: “Sed haec similitudo, cum in singularibus est, fit sensibilis, cum in uniuersalibus, fit intel-  
 legibilis; eodemque modo, cum sensibilis est, in singularibus permanet, cum intellegitur, fit  
 uniuersalis. Subsistunt ergo circa sensibilia, intelleguntur autem praeter corpora” and “Ita quo-  
 que generibus et speciebus, id est singularitati et uniuersalitati unum quidem subiectum est, sed  
 alio modo uniuersale est, cum cogitatur, alio singulare, cum sentitur in rebus his in quibus esse  
 suum habet.”

220      〈§201〉〈B〉 Ad idem est secunda ratio. Nichil quod excedit omnem proprietatem nature et generationem materie est naturale, sed potius intentionale; uniuersale est huiusmodi: ergo et cetera. Maior per se patet. Minor sic probatur: uniuersale enim ab omni passuitate et motu abstrahitur, et a materia qualibet elongatur.

225      〈§202〉〈C〉 Ad idem est tertia ratio. Omne quod per sui presentiam intellectu quiescit est potius intentio quam natura; uniuersale est huiusmodi: ergo et cetera. Maior patet, quia scribitur in tertio *De anima*<sup>37</sup> quod res naturales *non sunt in anima* secundum suas essentias, sed solum secundum suas apprehensiones. Minor patet, quia scribitur in secundo *De anima*<sup>38</sup> quod *cum uolumus intelligimus*, eo quod *uniuersalia in intellectu habemus*.

〈OPPOSITUM〉

230      〈§203〉 Ad oppositum. Nichil quod est participabile ab hiis que sunt uera natura est ponere intentionem, sed potius naturam aliquam; uniuersale est huiusmodi: ergo et cetera. Maior patet, quia quod est posita intentio non est status et complementum naturale.

---

218 intentionale *P* : intellectuale *V*      220 abstrahitur *P* : abstrahit *V*      222 intellectu *V* : intellectus *P*      223 intentio *V* : in modo *P*      quam *pPV* : quam in *sP(al. man.)*  
 224 non *sPV* : *om. pP*      225–26 suas apprehensiones *sic P* : apprehensionem *V*  
 229 quod *PsV* : quod q *pV*      hiis *P* : his *V*      229–30 uera natura *P* : uera nature *V* (cf.  
 §210)      230 ponere *P* : posite *V*      naturam aliquam *P* : natura aliqua *V*      231 intentio *P* : intentia *V*      est *P* : *om. V*      232 naturale *V* : nature *P*

---

<sup>37</sup> Aristotle, *De anima* 3.8 (431b28–432a3); *transl. "Vetus" Iacobi Venetici*, ed. Decorte and Brams, in *Aristoteles Latinus Database* (for AL 12.1): “Necesse autem aut ipsa aut species esse. Ipsa quidem enim non sunt: non enim hic lapis in anima est, sed species. Quare anima sicut manus est: et manus enim est organum organorum, et intellectus est species specierum, et sensus est species sensibilium” (cf. ed. Gauthier, 484); cf. Iohannes de Fonte, *Auctoritates Aristotelis*, ed. Hamesse, 188, n<sup>o</sup> 163: “Lapis non est in anima sed species eius.”

<sup>38</sup> Aristotle, *De anima* 2.5 (417b22–25); *transl. "Vetus" Iacobi Venetici*, ed. Decorte and Brams, in *Aristoteles Latinus Database* (for AL 12.1): “Causa autem est quoniam singularium secundum actum sensus est, scientia autem uniuersalium; hec autem in ipsa quodam modo sunt anima. Unde intelligere quidem in ipso est cum uelit, sentire autem non est in ipso; necessarium est autem esse sensibile” (cf. ed. Gauthier, 281); cf. Iohannes de Fonte, *Auctoritates Aristotelis*, ed. Hamesse, 179, n<sup>os</sup> 60 and 61: “Uniuersalia sunt in anima, sed particularia sunt extra animam” and “Anima intelligit quando uult, sed non sentit quando uult, quia obiectum intellectus est in anima, ut uniuersale, obiectum sensus est extra animam, ut particulare.”

〈QUESTIONES COLLATERALES〉

- 235      ⟨§204⟩ Huius gratia queruntur quatuor questiones.  
           ⟨§205⟩ ⟨2<sup>1</sup>⟩ Prima quidem questio est: supposito quod sint nature aliqe,  
           unde proueniat hoc quod quedam uniuersalia | multiplicantur in suppositis, 68ra *V*  
           quedam uero non?  
           ⟨§206⟩ ⟨2<sup>2</sup>⟩ Secunda questio ⟨est⟩: a quo recipiat huiusmodi naturam multi-  
           plicationis?  
 240      ⟨§207⟩ ⟨2<sup>3</sup>⟩ Tertia questio est: utrum sint in anima per suas essentias aut per  
           ymaginem suarum essentiarum?  
           ⟨§208⟩ ⟨2<sup>4.1–2</sup>⟩ Quarta questio est: quid sit prius natura, singulare aut uni-  
           uersale et utrum sint eadem per essentiam?

〈RESPONSIO AD SECUNDAM QUESTIONEM〉

- 245      ⟨§209⟩ ⟨2\*⟩ Ad euidentiam prime questionis est notandum quod, sicut uult  
           Algazel in *Methaphysica*<sup>39</sup> sua, in quolibet causato completo, contingit repe-  
           rire quatuor, scilicet: aliquid loco potentialis; aliquid loco actualis complentis  
           | illud possibile, quod est forma; tertio est harum unio resultans ex principiis  
           ad inuicem ordinatis; quartum uero est essentia communicans huiusmodi  
           unionem et extrema consequens et mensurans. Hec autem essentia habet tri-  
           plicem respectum. Habet enim respectum ad suam causam efficientem, per  
           quam ex nichilo est producta. Et habet respectum ad ipsum in quo producitur.  
           Habet etiam comparationem ad uirtutem cognoscentem in qua sunt *omnia*  
           nata fieri, sicut scribitur in tertio *De anima*.<sup>40</sup> Item essentia comparata ad ip-

---

234 huius *scriptissimus* : huiusmodi *P* : hac *V*        235 prima  
*P* : potentia *V*        nature *PsV* : naturale *pV*        236 in *P* : et *V*        238 est *supplevimus cum*  
*sP(al. man.)* : om. *pPV*        240 tertia *PsV* : tertia est *pV*        241 ymaginem *V* : ymaginations  
*P*        essentiarum *V* : intentionum *P*        242 est *P* : om. *V*        quid sit *P* : quod sint *V*  
 246 algazel *P* : algazel *V*        in methaphysica sua *P* : sol in materia sua *V*        causato  
*sPV* : causatis *pP*        246–47 reperire quatuor *P* : quatuor reperiemus *V*        248 tertio  
*V* : tertium *P*        249 uero *V* : om. *P*        communicans *P* : communitatis *V*        250 unionem  
*V* : uniones *P*        250–51 habet triplicem *V* : inv. *P*        252 ex nichilo *V* : om. *P*  
 253 omnia *V* : om. *P*        254 sicut *P* : om. *V*

---

<sup>39</sup> For a few similarities, rather incomplete and remote, see Al-Ghazālī, *Metaphysica* 1.2 and 5, ed. Muckle, 7.12–33 and 37.12–31.

<sup>40</sup> Aristotle, *De anima* 3.5 (430a10–17) and 3.8 (431b21); transl. “*Vetus*” Iacobi Venetici, ed. Decorte and Brams, in *Aristoteles Latinus Database* (for AL 12.1): “Quoniam autem sicut in omni natura est aliquid aliud quidem materia in unoquoque genere (hoc autem est omnia

- 255 sum cuius est tria facit: perficit incompletum, distinguit indistinctum et numerat infinitum, ut sic intentionem cause triplicis sortiatur, scilicet forme dando esse, efficientis distinguendo, finis autem ordinando—*finis enim et bonum idem* cuius est ordinare.<sup>41</sup> Et hoc est quod scribitur in secundo *Phisicorum*<sup>42</sup> et in secundo *De anima*, quod *tres* cause concurrunt *in unam*. Hoc autem patet per exemplum: in hoc enim quod dico “homo,” est aliquid possibile uel mate-
- 260

---

256 dando *P* : dicendo *V*      260 est *P* : *om.* *V*

---

potentia illa), alterum autem est causa et efficiens, quod est omnia facit, ut ars ad materiam sustinuit, necesse est et in anima esse has differentias. Et est huiusmodi quidem intellectus quo omnia fiunt; ille uero quo omnia est facere, sicut habitus quidam est, ut lumen: quodam enim modo et lumen facit potentia colores actu colores” and “Anima ea que sunt quodam modo est omnia” (cf. ed. Gauthier, 459 and 484); cf. Iohannes de Fonte, *Auctoritates Aristotelis*, ed. Hamesse, 186, n° 149 and 188, n° 161: “Sicut in omnium rerum natura est aliquod quod potest primo fieri et facere omnia illius generis, sic etiam in anima est necesse hec duo esse, unum secundum quod potest fieri omnia intelligibilia et recipere ea, et hoc est intellectus possibilis, aliud uero quod potest facere omnia intelligibilia, et hoc est intellectus agens ...” and “Anima est quoddammodo omnia.”

<sup>41</sup> Cf. Aristotle, *Metaphysica* 1.2 (982b5–7) and 3.2 (996a23–25); *transl. Iacobi siue “Vetusissima”*, ed. Vuillemin-Diem (AL 25.1), 9.5–7 and 43.24–25: “... cuius causa agendum est unumquoque; hoc autem est bonum uniuscuiusque, omnino autem potissimum in natura omnis est” and “... omne quodcumque bonum sit per se est et propter sui naturam finis est ...”; *transl. composita siue “Vetus”* (AL 25.1a), 92.20–21 and 126.21–22: “... cuius causa unumquoque sit agendum; hoc autem est uniuscuiusque bonum, omnino autem hoc in omni natura potius est” and “... omne quod secundum quod est per se bonum est et propter sui naturam finis est ...”; *transl. Anonyma siue “Media”* (AL 25.2), 10.12–13 and 43.25–26: “... cuius causa sunt agenda singula; et hoc cuiusque bonum, omnino uero quod optimum est in natura omni” and “... omne quod est bonum secundum se et propter suam naturam finis est ...”; *transl. Michaelis Scoti siue “Noua”* (Venice: “apud Iunctas,” 1562), VIII, fol. 40rF: “... omne quod est bonum per se et per suam naturam est finis”; cf. Iohannes de Fonte, *Auctoritates Aristotelis*, ed. Hamesse, 116, n° 16: “Finis est bonum uniuscuiusque rei et uniuersaliter est optimum in omni natura”; and 121, n° 73: “Finis et bonum idem sunt” (also 119, n° 49: “Qui infinitum agunt, naturam boni auferunt latenter, ex quo habetur quod finis et bonum conuertuntur,” an adage that corresponds to *Metaphysica* 2.2 [994b12–13]).

<sup>42</sup> Aristotle, *Physica* 2.7 (198a24–27); *transl. “Vetus” Iacobi Venetici*, ed. Bossier and Brams (AL 7.1, 2), 79.11–80.3: “Venient autem tres in unam multotiens; que quidem enim aliquid est et que est cuius causa fit una est, que uero est unde est motus primum specie eadem est his; homo quidem enim hominem generat”; *transl. Michaelis Scoti* (Venice: “apud Iunctas,” 1562), IV, fol. 73vL: “Et multotiens reducuntur tria ad unum; quod enim est aliquid est etiam illud propter quid est, et illud ex quo primo est motus est forma, et hoc est unum: homo enim generat hominem”; cf. Iohannes de Fonte, *Auctoritates Aristotelis*, ed. Hamesse, 147, n° 85: “Forma et effectus, finis et efficiens sepe coincidunt.”

riale, aliquid actu siue formale (*est enim anima actus primus corporis, et cetera*<sup>43</sup>). Est etiam ibi harum unio, ex qua resultat essentia per quam est possibile et per quam distinguitur a quolibet altero et nominatur “homo.”

265      〈§210〉 Dico ergo quod uniuersale, relatum ad singularia, uera natura est, relatum uero ad intellectum abstrahentem, appellatur “intentio.”

〈§211〉 Sed notandum quod dicit Boetius,<sup>44</sup> quod *uniuersale est similitudo singularium*. Quando enim unum singulare alterum generat, unum sibi simile facit, aliter enim non esset generatio recta. Illa tamen similitudo est eadem in quolibet singulari.

270      〈§212〉 Sic ergo uniuersalia sunt quodam modo in anima, non tamen simpliciter. Et nota exemplum manifestum: quoniam color est in colorato et in uidente, sed est diuersimode. Est enim in colorato secundum ueritatem et rem, in uidente autem secundum ydolum et apprehensionem, et tamen utrobique idem est color per essentiam, differens autem secundum maiorem et minorem spiritualitatem, ita quod in corpore dicitur “ens,” in uidente autem “quid entis.”<sup>45</sup> Et sic uniuersale manet idem unum per essentiam, differens sola abstractione.

---

261 actu *pPV*: actuale *sP*    262 etiam *P*: enim *V*    262–63 possibile *V*: possibilis *P*  
 264 uera natura est *V*: est uera natura *P*    267 alterum generat *V*: *inv. P*    268 facit  
*pPV*: facit alterum *sP(al. man.)*    268–69 eadem in quolibet singulari *V*: in quolibet  
 singulari eadem *P*    270 sunt quodam modo *V*: quodam modo sunt *P*    271 quoniam  
*P*: quando *V*    271–72 et in uidente sed est diuersimode est enim in colorato *V*: *hom. om. P*  
 ueritatem et rem *V*: rem et uirtutem *P*    273 apprehensionem *V*: apprehensionem *P*    et  
*V*: est *P*    274 est *V*: *om. P*    differens *V*: differenter *P*    autem *P*: *om. V*  
 276 sola *pPV*: solum *sP*

---

<sup>43</sup> Aristotle, *De anima* 2.1 (412a27–28 and 412b4–6); transl. “*Vetus*” Iacobi Venetici, ed. Decorte and Brams, in *Aristoteles Latinus Database* (for AL 12.1): “Unde et anima est actus primus corporis phisici potentia uitam habentis” and “Si autem aliquod commune in omni anima oportet dicere, erit utique: actus primus corporis phisici organici” (cf. ed. Gauthier, 148); cf. Iohannes de Fonte, *Auctoritates Aristotelis*, ed. Hamesse, 177, n° 41: “Anima est actus corporis organici phisici uitam habentis in potentia, scilicet ad opera uite.”

<sup>44</sup> Boethius, *In Isagogen Porphyrii Commentorum Editio secunda* 1.11 (ed. Brandt, CSEL 48:166.8–18; ed. and trans. Lafleur and Carrier, 67–68, §§85–86: “... cum genera et species cogitantur, tunc ex singulis in quibus sunt eorum similitudo colligitur.... Itaque haec sunt quidem in singularibus, cogitantur uero uniuersalia; nihilque aliud species esse putanda est nisi cogitatio collecta ex indiuiduorum dissimilium numero substantiali similitudine....”

<sup>45</sup> Cf. Iohannes de Fonte, *Auctoritates Aristotelis*, ed. Hamesse, 128, n° 160: “Accidentia non sunt entia, sed quid entis,” an adage that corresponds to Aristotle, *Metaphysica* 7.1 (1028a18–20).

## ⟨CONTRA PROPOSITUM⟩

280      ⟨§213⟩ ⟨A\*⟩ Hiis uisis, ad primum argumentum respondeo: uniuersale enim non solum habet esse per abstractionem, sed etiam per naturam.

285      ⟨§214⟩ ⟨B\*⟩ Ad aliud dicendum est quod natura est duplex: quedam coniuncta, que accipit hoc in hoc, et hec est natura inferior, et per tales naturam dicuntur singularia esse; est autem alia natura superior, que accipit hoc propter hoc, et per hanc naturam dicitur uniuersale esse: etsi enim uniuersalia per intellectum abstrahuntur, nichilominus tamen sunt fundata in singularibus in quibus recipiunt continuationem et existentiam naturalem. Et hoc lucidius patebit in tertia questione.<sup>46</sup>

290      ⟨§215⟩ ⟨C\*⟩ Ad tertium argumentum dicendum est quod intellectus intelligit quando uult quatuor de causis. Una quidem causa est quia sibi presens est. Alia causa est quia in luce habundat in qua sunt res manifeste. Tertia causa est quia intentiones uniuersalium habet sibi coniunctas, non tamen essentias. Quarta uero causa est quia est absolutus ab organo et materia.

⟨§216⟩ Et hec sufficient de prima questione.

## ⟨RESPONSIONES AD QUESTIONES COLLATERALES⟩

295      ⟨§217⟩ ⟨2<sup>1</sup>\* et 2<sup>2</sup>\*⟩ Ad secundam questionem dicendum est quod diuersitas uniuersalium singularium quinque modis accipitur.<sup>47</sup> Est enim quoddam uniuersale quod habet plura indiuidua actu et potentia, et huiusmodi uniuersale

---

280 abstractionem *P* : abstractionem *V*      per<sup>2</sup> *PsV(al. man.)* : *om. pV*      281 est<sup>1</sup> *V* : *om. P*      283 singularia *P* : signa *V*      natura *P* : *om. V*      superior *P* : sanctior *V*      hoc *P* : hec *V*      284 naturam *P* : natura *V*      dicitur uniuersale *P* : uniuersale habet *V*      285 tamen *V* : *om. P*      sunt fundata *V* : *inv. P*      288 est *V* : *om. P*      288–89 intelligit quando uult *P* : animi uult intelligit *V*      290 habundat *P* : habundet *V*      sunt res *V* : *inv. P*      291 coniunctas *P* : concretas *V*      292 absolutus *V* : absoluta *P*      295 est *V* : *om. P*      296 uniuersalium *V* : *om. P*      297 huiusmodi *V* : huius *P*

---

<sup>46</sup> See §§217–20.

<sup>47</sup> A reduced version of this “Avicennian” typology of universals (cf. Avicenna [Ibn Sīnā], *Liber de philosophia prima* 5.1, ed. van Riet, 227–28, lines 7–21) can be found later on in the present commentary, Padua, Bibl. Univ. 1589, fol. 13vb–14ra; Vatican, Vat. lat. 5988, fol. 72va. For other restatements of this typology of universals in the arts faculty, see Piché, *Le problème des universaux*, 152–54 (for the *Commentaries on the Isagoge* by Robertus Kilwardby and by Robertus Anglicus); and Lafleur, Piché, and Carrier, “Porphyre et les universaux dans l’horizon de la métaphysique émanatiste du *Compendium examinatoire*,” 290–91, edition, 304–6 (for the Anonymous, *Compendium examinatorium* [Ripoll 109], §1188).

saluator secundum essentiam et ambitum in multis individuis actu. Est autem aliud universale quod habet multa individua actu et multa potentia, tamen in tempore determinato, ita quod post illud tempus determinatum nullum habeat actu, ut sunt terre nascentia, et alia generata ex putredine; et quod tale est saluator | secundum essentiam in causis suorum singularium, suus uero ambitus saluator in amplitudine sue forme ad sua supposita. Tertio modo est universale quod habet unicum individuum actu, plura tamen potentia, sed non simul, sicut phenix; et quod tale est | saluator secundum essentiam in uno individuo, secundum ambitum uero in aptitudine et abilitate applicationis sue forme ad materiam. Est aliud quod non habet nisi unum individuum actu, plura tamen potentia, non simul, sed per successionem partium continui, que sunt eiusdem nature cum toto, sicut tempus; et quod tale est saluator secundum essentiam in uno individuo actu, secundum ambitum uero in aptitudine sue forme que per successionem nata est uenire ad actum. Est autem aliud universale quod non habet multa supposita nec actu nec potentia, nec simul nec per successionem; et quod tale est secundum essentiam saluator in uno supposito, sua autem multiplicatio est in respectu ad efficiens, ut anima uel Intelligentia.

⟨§218⟩ Sed notandum quod continuatio multis modis est. Quedam enim sunt quorum tota materia est in se ipsis, et ideo que talia sunt non indigent multiplicatione suppositorum, ut celestia corpora: habent enim *totam materiam* sub *tota forma*.<sup>48</sup> Unde sicut uxor casta contenta est uno uiro, sic illorum

---

298 autem *P* : *om. V*      304 unicum *V* : unum *P*      305 phenix *V* : fenix *P*  
 306 ambitum uero *V* : *inv. P*      applicationis *sP* : et applicatio-nis *pP* : applicationis *V*      sue  
 forme *V* : *om. P*      307 actu *sPV* : acta *pP*      307–8 plura tamen *V* : *inv. P*      308–9 sunt  
 eiusdem nature *V* : eiusdem nature sunt *P*      310 uno *V* : unico *P*      312 multa *V* : plura *P*  
 nec<sup>1</sup> *V* : *om. P*      314 multiplicatio *P* : multiplica vel multiplicata ? *V*      315 intelligentia  
*V* : intellectua *P*      316 continuatio *V* : cum termino *pP* : multitudo *sP(al. man.)*      est  
*V* : dicitur *P*      317 in se ipsis *V* : insequens *P*      318 multiplicatione *V* : multitudine *P*  
 318–19 totam materiam *P* : naturam totam *V*      319 contenta *sPV* : contempta *pP*

---

<sup>48</sup> Cf. Aristotle, *De caelo et mundo* 1.9 (278a25–28); *transl. Gerhardi Cremonensis*, ed. Opelt, 71: “Verumtamen caeli non sunt multi propter hunc sermonem, neque possibile ut sit multi iterum, quoniam caelum factum est ex materia tota”; *transl. Michaelis Scoti* (Venice: “apud Iunctas,” 1562), V, fol. 62rD: “Sed nihilominus nulla necessitas est propter hoc plures esse mundos: neque contingit esse plures, si iste ex tota est materia”; Iohannes de Fonte, *Auctoritates Aristotelis*, ed. Hemesse, 161, n° 26: “Non sunt plures mundi, quia tota materia a sua forma est comprehensa.”

320      materia contenta est una forma. Alia uero est continuatio non in se ipso, sed in sibi consimili. Et hec est multipliciter: quedam enim est per decisionem, quedam per propagationem,<sup>49</sup> quedam per transmutationem unius in alterum. Exemplum de primo est in animalibus: decidunt enim ex se semen, generando sibi simile natura et specie. Exemplum de secundo est in plantis que multiplicantur secundum propagationem. Exemplum autem de tertio est in elementis: sese enim multiplicant et continuant per mutuam conuersionem unius in alterum. Est alia continuatio per mixtionem, ut patet in elementatis compositis ex elementis. Alia uero est multiplicatio occulta per uirtutem aliquam incorporatam terre, ut patet in plantis et animalibus generatis ex putredine. Alia est multiplicatio magis occulta, ut illa que est per transmutationem, et hec fortasse debetur nature anime bruti.

⟨§219⟩ Hoc autem fortasse signanter innuit Commentator supra librum *De generatione*,<sup>50</sup> cum dicit: *naturam inquimus desiderare id quod melius est.*

---

320 contenta *sPV*: contempta *pP*      continuatio *scripsimus* : continuo *pP* : multitudo *sP(al. man.)* : continuativa *V*      321 sibi *V* : hiis *P*      multipliciter *V* : multiplex *P*      decisionem *P* : decisionem *V*      323–25 primo est ... autem de *V* : *hom. om. P*      326 conuersionem *V* : cautionem *P*      327 continuatio *V* : continuo *P*      327–28 elementatis compositis ex elementis *V* : elementis et ex elementis compositis *P*      328 alia uero *V* : alia non *pP* : alia *sP*      multiplicatio *V* : multitudo *P*      occulta *V* : magis occulta *P* 329 terre *V* : rerum *P*      329–30 generatis ex putredine *V* : ex putredine generatis *P* 330 multiplicatio *V* : multitudo *P*      332 autem *P* : *om. V*      signanter *V* : signata *P* 332–33 de generatione *V* : phisicorum *P*      333 cum dicit *sV* : *om. P* : d cum dicit *pV* naturam *P* : materiam *V*      inquimus *sP* : inquirimus *pPV*      est *V* : *om. P*

---

<sup>49</sup> For an analogous doctrine of the reproduction of plants, see Anonymous, *Compendium examinatorium* (*Ripoll* 109), §1188, ed. Lafleur, Piché, and Carrier, 305 (290 for the study).

<sup>50</sup> Cf. Averroes (Ibn Rushd), *Expositio media super De generatione et corruptione*, comm. 59 (in 336b27–34); transl. Michaelis Scoti, in *Aristotelis De coelo, De generatione et corruptione, Meteorologicorum, De plantis*. *Cum Averrois Cordubensis uariis in eosdem Commentariis* (Venice: “apud Iunctas,” 1562) V, fol. 386rF–vG: “... quia iam uisum est nobis quod natura semper mouetur ad nobilius, secundum quod potest in unoquoque, et secundum quod potest recipere unumquodque; et quia ens est melius quam non ens, et ens uerum quam non uerum, et uerum secundum indiuiduum quam secundum speciem. Quamuis impossibile est aliquod ens in istis rebus esse simpliciter nobile, propter remotionem a prima causa, habens essentiam, et nobilitatem, quare Deus compleuit diminutionem in istis contingentem hoc modo, secundum quod generatio facta est continua: quare esse potest perpetuum in istis rebus.” But the text that is reproduced quite literally here is rather the one already cited above, §180: Aristotle, *De generatione et corruptione* 2.10 (336b27–29); transl. “Vetus,” ed. Judycka (AL 9.1), 76.3–5; transl. Gerhardi Cremonensis, Paris, BnF lat. 6506, fol. 113va; Iohannes de Fonte, *Auctoritates Aristotelis*, ed. Hamesse, 170, n<sup>os</sup> 47 and 48. Cf. above, §180.

Non enim omnia equaliter possunt participare, immo quedam in se, quedam in aliis, ut supra diximus.<sup>51</sup>

